



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

VId. D. *Laurent.* Hochvart de Episcopis *Ratisbonen.* in Ep. *Ottone* libr. 2. cap. 19.

Exemplum Diplomatis Imp. M. Imp. Regis IV. à Dn. *Hundio* hic relatum, extat quoque apud Fr. *Andream* in Chron. pag. 192. aliquomodo diuersum; quod hic inferere libuit.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Heinricus* diuina fauente clementia, tertius *Romanorum* Imperator Augustus, omnibus Christi fidelibus tam futuris quàm præsentibus notificamus, ac manenti memoriæ committimus, qualiter tempore *Otonis, Ratisbonensis* ciuitatis Episcopi, quidam *Scotigenæ* pro cruciando corpore, saluandaque anima patria sua exularunt, ac diu orationum loca visitantes, *Ratisbonam* tandem venerunt, qui dum licentiæ prædicti Episcopi, assensuque *Dominæ Abbatisse Willæ*, quæ tunc apud sanctam *Mariam* in Monasterio superiori præerat, Ecclesiam in *Witfen S. Petri* dictam, ad idem superius Monasterium atticulatam, Ministerio ordinis susciperent prouidendam; mox officinas claustrum adiutorio bonorum hominum ædificant, monachicamque vitam inibi celebrant, & ab eleemosynis fidelium tantum victitant. Tandem pro Dei misericordia concessum est eis aliquantulum iustitiæ & vtilitatis ad eandem Ecclesiam pertinentis. Deinde ad me *Heinricum*, Dei gratia *Romanorum* Imperatorem tertium veniunt, & Mundiburdium defensionis meæ expetunt. Ego verò petitionibus eorum acquiescens, in mundum defensionis eos suscepi, & talem libertatem à prædicto Episcopo *Ottone* & *Abbatissa Hazega*, quæ tunc locum sanctæ *Mariæ* in superiori Monasterio regebat, eis acquisiui, vt nulla persona maior vel minor in eos, aut in bona eorum qualiacunq; Dominationem habeant, præter me & successores meos, Reges vel Imperatores, sed secum maneant absque omni iectione, vel perturbatione, orantes pro se & pro salute totius Ecclesiæ.

Locus tamen subiectus sit superiori Monasterio, cui atticulatus potius ad defensionem, quàm destructionem est. Datum Calen. Febr. ann. Dominicæ incarnationis M. LXXXVIII. indictione XII. anno vero ordinationis Dñi *Heinrici* XXXI. Imperij vero anno V. Actum *Ratisbonæ*;

Compositionem amicabilem per *Conradum* Episcopum, inter duos Conuentus nempe *S. Iacobi* & *superioris Monasterij*, super electione & institutione Prioris *S. Petri* extra muros *Ratisbon.* vrbs &c. reperies supra sub *Monast. Obermunster.*

#### S. PETRI MATRONÆ.

**I**N vertice Matronæ montis, qui in superiori Bauaria D. Petro dicatus, Oeno continuatur, supra castrum *Falckenstein*, ac in illius ditione situm Monasterium *Berchtoldus Com.* ab *Andechs* & *Diessen* Monachis *S. Benedicti* ædem condidit circa an. 1100. Auent. fol. 614. sed alib. fol. 692. ponit, quod *Arnulphi Com. filij*, *Poppo Berchtoldus primus*, *Otto Wolfratshustus*, & *Gebhardus*, hoc Monasterium fundarint. Defecit hoc Monasterium postea, ac excisum est in eo bello, quod *Ruodolphus Dux Bauariæ*, iussu Soceri sui *Adolphi*, Rom. Regis, contra *Menardi Ducis Carinthiæ* & *Com. Tyrolen.* filios rebelles Imperij gessit, Monachi in exilium acti; *Conradus* ab *Hornstain* eiusdem religionis, sacras reliquias ac librum *Misalem* perueterem, quæ adhuc hodie monstrantur, secum abstulit anno 1296. ac in sanctum montem *Andex* portauit, iuxta *Auent.* lib. 7. *Annalium*